Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

horis remanet 7 horae 38 mi. temporis nocturni, cuius dimidium 3 horas & 49 mi. q addat 12 horae & insup 6 horis ab exortu solis numeratis, ac proueniet tempus Astronomicum s. horae 21. mi. 49. tempus hoc modo pro diuersitate regionum & locorum seruiet figurae coeli, in cuius inquisitione hoc omnes est primum.

Ann.	die Iul.	hor.	Min.
1553	26	18	30.

II. SECVNDO quaere locum solis ex Ephemeridib. quem sol eodem die iam reducto (si opus fuerit reductione) in meridie obtinuit, ut in nostro exemplo sol die 26 Iulij tempore s. Astronomico & reducto fuit in ♋ gr. 19 min. Leonis.

III. TERTIO considera eleuationem poli seu Latitudinem illius loci in quo infans est natus uel ad quem figuram coeli erigere cupis, quam cum habes quere eam in tabulis Latitudinum Ephemeridib. fol. 6, prefixis. Si aut eleuationem in tabulis non exacte inueniens, accipe propiorem. nam latitudo quibet tabulis suprescripta comprehendit subtus & anteriorem & posteriorem numerum. Ut tabula Latitudini graduum 51 subscripta duab. etiam latitudinib. s. 50 & 52 graduum accomodari potest.

Ad tuam igitur eleuationem poli huius loci solis quem sol die proposito obtinuit, quaere sub Charactere eius signi in quo sol uersatur & sub titulo 10 domus